



Victor magna eruditione & pietate fuit predictus. Itaque Rheni accolis in Germania Christum annunciauit, atque Euangelij prædicatione Idolorum cultum quibusdam in locis sustulit. Cum autem à Christianis Vuormatiæ & alijs locis Ecclesiæ erigerentur, Victor ille Vuormatiensis Archiepiscopus constitutus est, ut nimirum, post Treuerensem antistitem primarius præsul, Moguntinensem & alias finitimas Ecclesias (quarum sedecim fuisse dicuntur) sua autoritate institueret, & cum eiusmodi locorum pastoribus uerbum Dei administraret. Id quod ipse magna diligentia præstitit. Eo autem tempore Arriani mirum in modum Ecclesiam turbabant, atque etiam aliquot Episcopos in suam sententiam pertraxerant. Itaque Victor cum alijs Episcopis Coloniae synodum celebrauit, atque Euphratum Arrianum eius loci præsulē, erroris conuictum, sede deposuit. Cum hoc modo magna dexteritate rebus præfuisset tandem moriens S. Amando suam ecclesiam commendauit. De eo tale carmen extat:

quod Episcopos in suam sententiam pertraxerant. Itaque Victor cum alijs Episcopis Coloniae synodum celebrauit, atque Euphratum Arrianum eius loci præsulē, erroris conuictum, sede deposuit. Cum hoc modo magna dexteritate rebus præfuisset tandem moriens S. Amando suam ecclesiam commendauit. De eo tale carmen extat: